

IN EPISTOLAM AD COLOSSENSIS

Praefationes.

Colossae erant urbs Phrygiae, vicina Laodiceae et Hierapoli, ut colligi potest ex hac Epistola, cap. 2, v. 4; et cap. 4, v. 15, 16 et 16, ubi jubet Apostolus ut Colossenses legant Epistolam Laodicensem; et e contra ex hoc Colossarum cum Laodicea et Hierapoli vicino, patet Colossenses, ad quos scribit D. Paulus; non fuisse Rhodios, ut putarunt aliqui; licet horum civitas à Colosso solis famoso fuerit eodem forsitan nomine nuncupata.

Colossas, Laodiceam et Hierapoli, non multo post scriptam hanc Epistolam, terrae motu corruiisse, narrat Orosius; refert et Eusebius in Chronico, sed credunt restituta; ut de Laodicea patet Apoc. 3, v. 14.

Omnes, tum Latini, tum Graeci interpretes, si Theodoretum excipias, censent D. Paulum Colossis nuncupatam praedicasse, idque colligunt ex diversis hujus Epistolae locis, maxime ex cap. 1, v. 7, ubi testatur ipse Paulus quod Epaphras fuerit Colossensium doctor; et cap. 2, v. 1, ubi testatur videtur quod non fuerit visus ab illis; et ex aliis locis, de quibus suo loco.

Colossenses in ea fuerunt Asiae Minoris parte quae magna Phrygia vocabatur. Civitas eorum Colossae ab Hierapoli et Laodicea, quarum in hac Epist. mentio fit, haud procul distat. Quod observandum, propter nonnullos qui, contra auctoritatem Graecorum interpretum, Colossas eadem cum Rhodo faciunt: quam eo nomine appellatam putant ob nobilitatem Colossensium, qui numeratur inter septem mundi miracula. Sed, ut ita sit quod Rhodii aliquando dicti fuerint Colossenses, uti Suidas asserere videtur, attamen eos ab his ad quos ista nihilum Epistola diversus esse, ex his quae diximus plane liquet. Scribit autem ad Coloss. Paulus, non quod his Evangelium praedicasset (siquidem eos ne videret quidem, ut colligitur ex cap. 2), sed quod tanquam genitum Apostolus et sollicitudinem generis omnium Ecclesiarum (quam sibi tribuit, 2 Cor. 11), huic quoque parti Ecclesia: à falsis magistris periclitanti, pro officio succurrendum putarit. Institit autem erant in fide Christi per Epaphras, Apostoli discipulum, quem admodum de eo testatur cap. 1. Nam Archippus, cuius ult. cap. mentionem facit, non apostolus eorum, sed episcopus aut presbyter fuisse videtur. Et haec quidem communis est sententia commentariorum, tam Latinorum quam Graecorum, Colossenses ipsum Paulum praedicantem non audivisse. Dissentit autem unus Theodoretus, qui loquens allegatum, cap. 2, contendit aliter intelligendum esse; de qua re videbitur cum ad ejus loci expositionem perventum erit. Adducit ille pro se quod legitur Act. 18, Paulum ex ordine perambulasse Galaticam regionem, et Phrygiam, in qua utique sunt Colossenses, uti diximus est, sed argumentum hoc non est certum. Erant enim multae aliae civitates illius regionis, quae recensent lib. 6 naturalis Hist., cap. 52, quarum aliquas perambulasse potuit Paulus, Colossensibus omissis. Atqui vicissim contra Theodoretum facit quod Paulus in tota Epist. nusquam significat se Colossensibus Evangelium praedicasse, aut eorum apostolum

Ad illos tamen scribit, tum quia omnium gentium doctor, tum maxime quia Epaphras ipse ad eos miserat, illorumque episcopum constituerat, ait Martyrologium Romanum, die decima nona Julii.

Scribit autem ut eos à virulentis haereticorum dogmatibus eximat, et ut in fide evangelicâ confirmet.

Penetrarunt enim Colossas pseudo-apostoli; Simoniani, et Judaizantes; quorum primi dicebant, non Christum, sed angelos, esse nostrae salutis auctores et mediatores; et consequenter per angelos, non per Christum, esse accedendum ad Deum; secundum verò urgebant Judaicarum, et gentilium multarum superstitionum observationem.

Utrorumque errores primò redarguit Apostolus; deinde culibet hominum generi dat vitam et morum doctrinam.

Hac Epistola, quoad materiam et sententias, affinis est Epistole ad Ephesos; haecque, sicut illa, subtilis est et grandiloqua.

Romae scripta est in primis vinculis, quorum priores mentionem facit; per Tychicum et Onesimum

esse, qui potius paulo post exordium Epist., ubi Marcus erat id commemorandi, non se, sed Epaphras nominat, ut Evangelii primam ac praecipuam apud eos ministrum. Sicut, inquit, didicistis ab Epaphras charissimo conservo nostro, etc. Et in Epist. ad Philimonem Colossensem: Spero per orationem vestram donari me vobis. Non enim ait restitit, sicut Heb. ult., sed donari, quasi apud eos utroque fuisset. Ceterum occasio scribendi Colossensibus Paulo fact, quod post acceptum Evangelium, à quibusdam, quorum studium erat sinceritatem apostolicæ doctrinae corrumpere (Simonianos fuisse credibile est), persuasi essent accessum se habere ad Deum, non per Filium, sed per angelos, ut per quos antiquitus omnia gesta legimus. Filium autem Dei majorem esse, quam ut eo mediatore atque intercessore ad deprecatorum ut nobis liceat. Accedebat observationes cum superstitiones tam Judaicae quam Graecae, sive ab isdem auctoriis introductae, sive ab aliis acceptae, philosophis scilicet, ac Judaicis, sed ab Evangelio, quod semel recepisset, proritis dissentantiae. Primum igitur ac praecipue docet Apostolus romani per Christum Dei Filium, per quem omnia condita sunt, nos instaurari ac reconciliari cum Deo, et proinde religioni angelorum, quae mundum Christi mediatorum officium ad angelos transferat, non esse auscultandum. Judaicas autem, aut philosophicas observationes cum Evangelio minime miscendas esse, neque eas ad sanctificationem nostram quidquam habere momenti. Atque haec agit 1 et 2 cap. Reliqua pars Epist. ferme usque ad finem in tradendis vite christianae praeceptis consumitur. Conferat quae diximus in argum. Epist. ad Ephes. Scripta est hac Epist., non Ephesi, ut habet vulgare argumentum, quod est in Latinis codicibus, sed Romae; ut habent Graecorum subscriptiones. Nam vinculo suorum sub finem Epist. ter nominat; Roma autem, non Ephesi, Paulum vincitum fuisse legimus. Adde quod missa est per Tychicum et Onesimum; quem

missa, anno Christi 62. Vide cap. 4, v. 7 et 9. Una est ex illis Epistolis quas Romae scripsit in vinculis, et quae ideo sanctiores sunt, habentque aliquid

posteriorum Romae in vinculis Christo generat, ut habet Epist. ad Philomonem. In quam ad Philomonem Epist. scribens Hieronymus, affirmat Româ e

CAPUT PRIMUM.

1. Paulus, apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei; et Timotheus frater:

2. Eis, qui sunt Colossis; sanctis et fideiibus fratribus in Christo Jesu.

3. Gratia vobis, et pax à Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo. Gratias agimus Deo et Patri Domini nostri Jesu Christi, semper pro vobis orantes:

4. Adhaerentes fidem vestram in Christo Jesu, et dilectionem quam habetis in sanctos omnes;

5. Propter spem quae reposita est vobis in oculis: quam audistis in verbo veritatis Evangelii;

6. Quod pervenit ad vos, sicut et in universo mundo est, et fructificat, et crescit, sicut in vobis, et ea die quae audistis, et cognovistis gratiam Dei in veritate,

7. Sicut didicistis ab Epaphras charissimo conservo nostro qui est fidelis pro vobis minister Christi Jesu,

8. Qui etiam manifestavit nobis dilectionem vestram in spiritu.

9. Ideo et nos ex quo die indivimus, non cessamus pro vobis orantes et postulantes, ut impleamini agnitione voluntatis ejus, in omni sapientia et intellectu spiritali;

10. Ut ambuletis dignè Deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes; et crescentes in scientia Dei:

11. In omni virtute confortati secundum potentiam charitatis ejus, in omni patientia et longanimitate cum gaudio,

12. Gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine;

13. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii dilectionis suae,

14. In quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum:

15. Qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creaturae;

16. Quoniam in ipso condita sunt universa in caelis et in terra, visibilia et invisibilia, sive Throni, sive Dominationes, sive Principatus, sive Potestates; omnia per ipsum et in ipsum creata sunt:

17. Et ipse est ante omnes, et omnia in ipso constant.

18. Et ipse est caput corporis Ecclesiae, qui est principium, primogenitus ex mortuis; ut sit in omnibus ipse primatum tenens:

19. Quia in ipso complacuit, omnem plenitudinem inhabitare;

20. Et per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis ejus sive quae in terris, sive quae in caelis sunt:

amplius quam aliae; ut si vir fortis scriberet à caedibus interim desistens et tropicis, ait D. Chrysostomus initio hujus Epistolae.

vinculis, una cum hac Epist. missis fuisse eas quae date sunt ad Ephes., ad Philipp., et ad Philomonem. Quae utique omnes à primis vinculis date sunt.

CHAPITRE PREMIER.

1. Paul, apôtre de Jésus-Christ par la volonté de Dieu; et Timothée son frère,

2. Aux saints et aux frères fidèles en Jésus-Christ qui sont à Colosse.

3. Que Dieu notre Père, et Jésus-Christ Notre-Seigneur, vous donnent la grâce et la paix. Nous rendons grâces à Dieu, qui est le Père de Notre-Seigneur Jésus-Christ, et nous le prions sans cesse pour vous,

4. Depuis que nous avons appris quelle est votre foi en Jésus-Christ, et votre charité envers tous les saints,

5. Dans l'espérance de la béatitude qui vous est réservée dans le ciel, et dont vous avez déjà reçu la connaissance par la parole très-véritable de l'Évangile,

6. Qui est parvenu jusqu'à vous, comme il l'est aussi répandu dans tout le monde; où il fructifie et croît, ainsi qu'il a fait parmi vous, depuis le jour où vous vous l'avez entendu, et où vous avez connu la grâce de Dieu selon la vérité;

7. Comme vous en avez été instruits par notre très-cher Epaphras, qui est notre compagnon dans le service de Dieu, et un fidèle ministre en Jésus-Christ, pour le bien de vos âmes,

8. Et de qui nous avons appris aussi votre charité toute spirituelle;

9. C'est pourquoi, depuis le temps où nous avons su ces choses, nous ne cessons point de prier pour vous, et de demander à Dieu qu'il vous remplisse de la connaissance de sa volonté, en vous donnant toute la sagesse et toute l'intelligence spirituelle;

10. Afin que vous vous conduisiez d'une manière digne de Dieu, tâchant de lui plaire en toutes choses, portant des fruits de toutes sortes de bonnes œuvres, et croissant dans la connaissance de Dieu;

11. Que vous soyez remplis de force par la puissance de sa gloire, et que vous ayez, en toutes rencontres, une patience et une douceur persévérante accompagnée de joie,

12. Rendant grâces à Dieu le Père, qui, en nous éclairant de sa lumière, nous a rendus dignes d'avoir part au sort et à l'héritage des saints;

13. Qui nous a arrachés à la puissance des ténèbres et nous a transférés dans le royaume de son Fils bien-aimé,

14. Par le sang duquel nous avons été rachetés, et nous avons reçu la remission de nos péchés;

15. Qui est l'image du Dieu invisible; qui est né avant toutes les créatures:

16. Car tout a été créé par lui dans le ciel et sur la terre; les choses visibles et les invisibles, soit les Trônes, soit les Dominations; soit les Principautés, soit les Puissances, tout a été créé par lui et pour lui,

17. Et il est avant tous, et toutes choses subsistent en lui.

18. Il est le chef et la tête du corps de l'Église; il est comme les prémices et le premier-né d'entre les morts; en sorte qu'il est le premier en tout,

19. Parce qu'il a plu au Père que toute plénitude résidât en lui;

20. Et de réconcilier par lui toutes choses avec soi, ayant pacifié par le sang qu'il a répandu sur la croix, tant ce qui est sur la terre que ce qui est dans le ciel;

21. Et vos cum essetis aliquando alienati, et inimici sensu in operibus malis :

22. Nunc autem reconciliavit in corpore carnis ejus pro mortem, exhibere vos sanctos, et immaculatos, et irreprehensibiles coram ipso :

23. Si tamen permanentis in fine fundati, et stabiles, et immobiles à spe Evangelii, quod audistis, quod predicatum est in universâ creaturâ quæ sub cælo est, cujus factus sum ego Paulus minister,

24. Qui nunc gaudeo in passionibus pro vobis, et adimpleo ea quæ desunt passionum Christi, in carne meâ, pro corpore ejus, quod est Ecclesia,

25. Cujus factus sum ego minister secundum dispensationem Dei, quæ data est mihi in vos, ut impleam verbum Dei :

26. Mysterium quod absconditum fuit à seculis et generationibus, nunc autem manifestatum est sanctis ejus,

27. Quibus voluit Deus notas facere divitias gloriæ sacramenti hujus in gentibus, quod est Christus in vobis spes gloriæ :

28. Quem nos annuntiamus, corripientes omnem hominem, et docentes omnem hominem in omni sapientiâ, ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Jesu ;

29. In quo et laboro, certando secundum operationem ejus, quam operatur in me in virtute.

In hoc capite tria facit Apostolus. Primò, confirmat Epaphrâ doctrinam à v. 4 ad v. 12. Deinde refutat errores hereticorum, explicans catholicam fidem, à v. 13, ad v. 25. Tertio, et Christi ministrum dicit, pro quo multa pati gloriatur.

Ut catholicam Epaphrâ doctrinam confirmet; primò, ob Colossensium fidem, spem, et charitatem, Deo gratias agit. Secundo, asserit quòd idem illis Evangelium predicatum sit quòd in toto mundo prædicatur. Tertio, laudat Epaphram, ut fidem ministrum. Quarto, orat ut Deus eos in acceptâ fide perficiat, vitamque ducant Deo dignam, in omni opere bona et patientiâ.

§ 12. Gratias agit Deo ob beneficia Christianis omnibus collata, hæcque gratiarum actione parat sibi viam ad excellentias Christi super angelos declarandas; siquæ

1. Paulus, Dei voluntate et jussu, apostolus Jesu Christi, et Timotheus frater ;

2. Christianis qui sunt Colossis, quique Christo Jesu fideliter servant, salutem.

3. Gratia et pax vobis detur, et multiplicetur à Deo Patre nostro, et à Domino nostro Jesu Christo. Gratias Deo Patri Domini nostri Jesu Christi semper agimus, et pro vobis oramus.

4. A quo audistis fidem quam in Christum Jesum habetis, et charitatem quam erga omnes sanctos exercetis.

5. Propter spem futurorum honorum quæ vobis asservantur in cælis apud Deum, prout audistis per personam Evangelii, quod est veritatis verbum.

21. Vous étiez vous-mêmes autrefois éloignés de Dieu ; et votre esprit, abandonné à des œuvres criminelles, vous rendait ses ennemis :

22. Mais maintenant Jésus-Christ vous a reconciliés, par sa mort, dans son corps mortel, pour vous rendre saints, purs et irrépréhensibles devant lui,

23. Si toutefois vous demeurez fondés et affermis dans la foi, et inébranlables dans l'espérance que vous donne l'Évangile qu'on vous a annoncé, qui a été prêché à toutes les créatures qui sont sous le ciel, et dont j'ai été établi ministre, moi Paul,

24. Qui me réjouis maintenant dans les maux que je souffre pour vous, et qui accomlis dans ma chair ce qui reste à souffrir à Jésus-Christ, en souffrant moi-même pour son corps, qui est l'Église,

25. De laquelle j'ai été établi ministre, selon la charge que Dieu m'a donnée, pour l'exercer envers vous, afin que je m'acquitte pleinement du ministère de la parole de Dieu,

26. Vous prêchant le mystère qui a été caché dans tous les siècles et dans tous les âges, et qui maintenant a été découvert à ses saints,

27. Auxquels Dieu a voulu faire connaître quelles sont les richesses de la gloire de ce mystère dans les gentils, lequel n'est autre chose que Jésus-Christ reçu de vous, et devenu l'espérance de votre gloire.

28. C'est lui que nous prêchons, repréant tous les hommes, et instruisant tous les hommes dans toute la sagesse, afin que nous rendions tous les hommes parfaits en Jésus-Christ.

29. C'est aussi la fin que je me propose dans mes travaux, combattant par la force que sa puissance produit en moi.

ANALYSIS.

hereticorum errores, angelos Christo præferentium, refutat indirectè.

Christus, imago Dei, omnium prorsus creator, etiam angelorum; Redemptor hominum, etiam gentium; caput Ecclesie; pax universi, in quo omnis gratiarum plenitudo, etc.

§ 21, etc., Christi beneficium Colossensibus applicat: dummodo in fide expositâ, et ab illis receptâ, stabiles permanent.

Denique Apostolus, ut calumnias contra seipsum sparsas dissipet, declarat se, per Dei voluntatem, constitutum esse Christi ministrum, ad patefaciendam gentibus mysterium hactenus incognitum; pro quo mysterio in gentibus implendo, nulla, gaudens et glorians, patitur.

PARAPHRASIS.

6. Quod Evangelium pervenit ad vos, sicut et in universo mundo, ubi disseminatum est, et fructificat et crescit, sicut et in vobis crescit et fructificat, ex quo audistis et cognovistis veritatem gratiæ Dei.

7. Prout didicistis ab Epaphrâ, nostro clarissimo conservo Christi Jesu, cujus est apud vos fidelis minister.

8. Et per quem novimus vestram erga nos dilectionem spiritualem.

9. Propterea, ex quo die hæc audivimus, non desivimus pro vobis orare, et postulare à Deo ut implemini cognitione voluntatis ejus per dona omnis sapientiæ et prudentiæ spiritualis;

10. Ut vitam Deo dignam ducatis, scilicet ipsi per

omnia placentes, fructum omnis generis bonorum operum ferentes, et in Dei cognitione magis ac magis proficientes ;

11. Ut omni genere roboris spiritualis roboreremini per gloriosam Dei potentiam; ita ut patiamini mala constanter, mansuete, et cum gaudio.

12. Gratias agentes Deo Patri, qui nos immeritos solâ suâ gratiâ dignos fecit qui per lumen fidei participes essemus hereditatis sanctorum luminosæ, seu quæ sita est in lumine, scilicet in visione Dei.

13. Qui nos eripuit de potestate et regno tenebrarum, demonum scilicet et infidelitatis, et transtulit in regnum, seu in Ecclesiam, dilectissimi Filii sui.

14. Per cujus sanguinem redempti sumus, peccataque nostra remissa sunt.

15. Qui Filius est imago Dei Patris invisibilis, estque ante omnem creaturam genitus à Deo.

16. Quoniam per ipsum universa sunt creata, tum quæ in cælis, tum quæ in terrâ, visibilia et invisibilia, sive Throni, sive Dominationes, sive Principatus, sive Potestates, omnia per ipsum, et ad ipsum, seu ad ejus gloriam, creata sunt.

17. Et ipse est ante omnes creaturas, et omnia per ipsum et in ipso subsistunt, et conservantur.

18. Et ipse caput est corporis mystici, scilicet Ecclesie; et ipse, inquam, qui resurrectionis est principium, et primus omnium resurgentium, seu regeneratus ad vitam immortalem; ut in omnibus primatum habeat.

19. Quia Deo Patri placuit, ut in Christo Filio suo omnis inhabitaret perfectio.

20. Et eidem Patri placuit omnes sibi reconciliare, pacificando per sanguinem, quem Christus in cruce fudit, terrestria et cælestia.

21. Et vos, Colossenses, qui olim eratis alienati à Deo, quin et ejus inimici sensu vestro, vestraque malitiâ, per vestra opera mala;

22. Vos, inquam, nunc idem Christus reconciliavit

COMMENTARIA.

VERS. 1. — **P**AULUS, APOSTOLUS JESU CHRISTI PER VOLUNTATEM DEI. Statim ab initio se Jesu Christi apostolum, per Dei voluntatem, non suâ voluntate propriâ, commemorat, ut sese opponat pseudo-apostolis, qui suâ sponte munus assumpserant predicandi. Nullus est major defectus quàm potestatis defectus; missio itaque imprimis est necessaria: ad Deum autem pertinet suos ministros et vocare, et mittere. Hinc per Dei voluntatem, non propriâ sponte ministerium assumatur.

ET TIMOTHEUS FRATER. Præ omnibus aliis qui cum Paulo erant, Timotheum in salutatione sibi adjungit, quia Colossensibus notus erat, et apud omnes fideles clarus.

VERS. 2. — **I**S QUI SUNT COLOSSIS, SANCTIS ET

VERS. 1. — **P**aulus, apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, etc. Passim Apostolus se à Deo et Christo missum significat, ut falsos doctores, qui non mittuntur à Deo, sed suâ sponte docendi munus assument, perstringat et excludat.

Patri suo pro mortem in suo carne corpore tolerantem, ut vos eidem Patri suo exhiberet sanctos, et immaculatos, et irreprehensibiles.

23. Dummodo permanentis in fidei fundamento firmi et stabiles; non dimoveamini à spe bonorum cælestium, quæ promittit Evangelium, quod audistis, quodque predicatum est universis gentibus quæ sunt per totum mundum, cujusque predicandi munus mihi Paulo creditum est.

24. Qui Paulus nunc gaudeo in afflictionibus quas pro vobis vestroque bono patior; quia lis adimpleo in carne meâ, pro corpore ejus mystico, scilicet Ecclesie, quæ desunt passionibus quas Christus in suâ carne tulit.

25. Cujus Ecclesie, mystici Christi corporis, factus sum minister, juxta providam Dei dispensationem, quæ constituit nos gentium apostolus, ut meo ministerio impleam verbum Dei (de vocatione gentium).

26. Quod verbum, mysterium est seculis et generationibus præteritis absconditum; nunc autem manifestatum sanctis apostolis et fidelibus novi Testamenti.

27. Quibus sanctis voluit Deus notum facere quantè sint divitibus, quantaque gloria lujus mysterii quod in gentibus complectur, scilicet de Christo Dei Filio, qui est spes æternæ vestræ gloriæ, seu causa spei vestræ.

28. Quem nos annuntiamus, corripientes omnem hominem (in ignorantia Dei et in peccatis versantem), et omnem hominem instituentes in omni sapientiâ spirituali, seu in perfectâ Dei cognitione; ut omnem hominem in Christo Jesu perfectum exhibeamus.

29. Ad hoc etenim laboro, strenuè et viriliter decertans, non meis viribus, sed vi et efficaciâ Christi; qui in me potenter operatur.

VERS. 3. — **G**RATIA VOBIS ET PAX... Gratia paciæ

FIDELIUM FRATRIBUS. Sanctis, scilicet per Christi mortem, seu in baptismo sanctificatis. **Fidelibus**, id est, qui credunt in Jesum Christum; seu, ut ait D. Chrysostomus, qui mysteria credunt, quæ ne Angeli quidem ante nos noverunt; quique, hæc credentes, vitam ducunt Deo dignam; uno verbo, qui Christo fideliter servant. **Fratribus**, utpote qui eodem Christi sanguine regenerati sunt omnes. Tria in his verbis nota Christiani insignia: Primò, sanctus est, per baptismum in Christi sanguine consecratus; secundo, fidelis est, verus filius Abrahæ, qui fidelium pater est; imò filius ipsiusmet Dei, qui verus est Abraham, et consequenter heres Dei; tertio, frater Christi et omnium Christianorum.

VERS. 5. — **G**RATIA VOBIS ET PAX... Gratia paciæ

VERS. 2. — **E**is qui sunt Colossis, etc, id est, Ecclesie Colossensium. Hoc nomen sancti monachi Christianos ut assidue studeant sanctitati et perfectioni.

VERS. 5. — **G**ratia vobis et pax à Deo Patre nostro, et Domino Jesu Christo. Supple, donetur et multipli-

semen est; pax gratiae fructus: utraque verò Dei filiorum hereditas, in Christi sanguine fundata, seu per Christi merita nobis debita. Utraque autem à nobis semper optanda, et pro nobis, et pro aliis. Hinc consueta Apostoli salutatio sit et nostra.

GRATIAS AGIMUS DEO PATRI... Consuetum etiam Epistolaram D. Pauli exordium; à gratiarum scilicet actione, et ab oratione. Deum laudat ipsique gratias agit ob fidem, spem et charitatem, Colossensium. Deum orat ut illarum virtutum eis largiatur complementum. Sen gratias agit pro collatis beneficiis: orat pro conferendis. Hinc apostolicum imitare morem, lauda et ora. *Semper oramus*, id est, frequenter, assidue, quoties oramus.

VERS. 4. — ADHÆRETES FIDEM VESTRAM... Græcè, *ἀδherentες*, participium præteritum temporis, *postquam audistis*; seu quoniam audistis; vel auditi fide vestra.

VERS. 5. — PROPTER SPEM, id est, propter bona sperata; vel propter spem futurorum bonorum. Ergo bonum est intuitu mercedis æternæ charitatem exercere. Equidem propter temporalia et caduca agere, mercenarium est, et christiano viro, colorum civis et domestici Dei, indignum; agere verò propter cœlestis regnum et æternam vitam nobis à Christo promissam, id Christiano, Dei filio et hærede, dignum.

Itaque fidei oculis paratum nobis regnum frequenter aspiciamus; spe firmâ ad illud anhelamus, hujusque regni intuitu et spe animati, bonum viriliter operemur, mala libenter toleremus.

QUAM AUDISTIS. Græcè, *De qua spe audistis jam ante*, seu prius audistis per prædicationem verissimi Evangelii.

VERBO VERITATIS, id est, verbo verissimo.

VERS. 6. — QUOD PERVENIT AD VOS... Græcè, *ἵνα* *ἀφ' ὑμῶν*, participium præsens, quod aliqui vertunt: *Quod præsens est apud vos*. D. Chrysostomus utrumque jungit simul, præteritum et præsens; quod pervenit et est apud vos: non enim, inquit, accessit, et recessit, sed mansit, et est illic.

SICUT ET IN UNIVERSO MUNDO, id est, præcipuis terræ partibus, Europâ, Asiâ, Africâ. Vel in *universo mundo* per famam et rumore.

EST, ET FRUCTIFICAT, ET CRESCIT. Ubique adest, ubique dominatum obtinet, ubique stat, ait D. Chrysostomus. *Fructificat* per opera bona; augetur, quod

estur. *Gratia* complectitur omne genus beneficiorum Dei, quæ ad salutem spectant vitæ æternæ.

Gratias agimus Deo, et Patri Domini nostri Jesu Christi, *semper pro vobis orantes*. Scribit Apostolus se et Timotheum semper in orationibus suis, id est, cum orant, gratias agere Deo pro beneficiis in Colossenses collatis, de quibus sequitur.

VERS. 4. — Audientes fidem vestram in Christo Jesu, id est, auditi fide, quæ creditis in Christum, vel quam habetis de universo Christi mysterio. Hinc sequitur fidem esse donum Dei; nam gratiarum actio, gratiæ testimonio est.

Et dilectionem quam habetis in sanctos omnes. Sensus: Et auditi charitatis vestræ quam exercetis erga quoscunque fideles.

multos assumat, quod magis firmetur ac stabilatur, ait idem D. Chrysostomus. *Evangelium* tanquam arbor *fructificat et crescit*: fructus ejus, laudabilis fidei vita; incrementum verò creditum est multitudo.

SICUT IN VOBIS, subauditur *fructificat et crescit*, ait idem D. Chrysostomus. *Evangelium* tanquam arbor *fructificat et crescit*: fructus ejus, laudabilis fidei vita; incrementum verò creditum est multitudo.

Felix ille de quo verè dici potest, quia ex quo audivit et cognovit Dei gratiam, in ipso gratia mansit, fructificavit, incrementum continuum habuit! præsta, ó misericors Deus, ut saltem in posterum maneat, fructificet, crescat in me gratia tua.

VERS. 7. — SICUT DIDICISTIS AB EPIAPHA. In superioribus versiculis incipit commendare doctrinam, quam ab initio receperunt Colossenses, *veritatis est verbum*; idem est Evangelium quod est et fructificat et crescit in universo mundo: per illud audierunt in veritate gratiam Dei. Hic verò eandem doctrinam expressius approbat, laudans Epaphram qui eam illis administravit; siquæ Simoniorum errores, huic doctrinæ oppositos, refutat indirectè. Sicut didicistis ab Epaphra. Hinc inferitur Epaphram Colossensium apostolum fuisse, non verò D. Paulum, qui, siçet in Phrygiâ pluries fuerit, non potuit tamen omnes Phrygiæ urbes invisere. Itaque verò simile est quod eo miserit Epaphram, qui inde ad Paulum per Colossenses Romam missus est, ut ei in viculis ministraret.

CONSERVO MEO, id est, qui mecum Christo servit in Evangelii prædicatione.

QUI EST VERITAS, id est, sincerus Evangelii minister et præco: aliorum quidem, at vestro specialiter bono. Laudat eum à fidelitate ministerii; ne à doctrinâ, quam eos docuit, sinant se per pseudo-apostolos abducere.

Ex hæc laude Epaphræ ab Apostolo datâ, inferat omnîs Evangelii præco, et quilibet animarum minister, se Christi ministrum esse, se Christo in membris servire; hincque ministerium suum cum reverentia et charitate Christo debita exhibere. Ministerium ecclesiasticum verè servitus est; ergo cum humilitate subeundum, non cum superbiâ ambiendum; Christi Domini servitus est; ergo reverenter et ex animo exercendum, sicut Domino et non hominibus.

VERS. 8. — QUI ETIAM MANIFESTAVIT NOBIS DILECTIONEM

VERS. 5. — Propter spem (id est bona sperata) quæ reposita est vobis in cælis: quam audistis in verbo (per verbum) veritatis Evangelii; q. d.: In verbo veritatis quæ est ipsum Evangelium; at ipsam veritatem docet Evangelium.

VERS. 6. — Quod pervenit ad vos, sicut et in universo mundo est, et fructificat, et crescit, sicut in vobis, sicut et in vobis, subauditur, fructificat et crescit.

VERS. 7. — Sicut didicistis ab Epaphra charissimo conservo nostro, etc., id est, qui est, filius se sincerus Christi minister, in procurandâ salute vestra.

VERS. 8. — Qui etiam manifestavit nobis dilectionem vestram (quam habetis erga me et omnes Christianos) in spiritu; id est, spiritualitè, quæ sola verâ, firmâ ac solida est dilectio. *Dilectionem in spiritu*, id est, à

SEN VESTRAM IN SPIRITU, id est spirituales, à Spiritu sancto manantem.

VERS. 9. — IDEO ET NOS EX QUÀ DIE AUDIVIMUS... id est, propter quod, simul atque audivimus hæc, nimirum fidem, spem et dilectionem vestram.

NOS CESSAVIMUS PRO VOBIS ORARE, repetit quod v. 5 dixit.

POSTULANTES UT IMPLEAMINI. Suorum pro illis orationum materiam explicat: scilicet ut impleamini.

ACQUITIONE. Græcè, *ἀκρίβειαν*, subauditur, *secundum*, ait Estius: vel more Græcorum, apud quos passiva eundem casum regunt atque activa, ait Grofius. Id est, ut impleamini majori et exactiori cognitione voluntatis Dei. Quod quidem intelligi potest de perfectâ cognitione voluntatis Dei in omni re; à D. tamen Chrysostomo, et ab aliis multis post ipsum, intelligitur de cognitione voluntatis Dei circa reconciliationem generis humani; seu de voluntate quæ Deus decrevit ab æterno nos sibi reconciliare nosque salvare, non per angelos, sed per unigenitum Filium suum.

IN OMNI SAPIENTIA ET INTELLECTU SPIRITUALI, id est, per completam sapientiam et prudentiam spirituales. Quoniam humanâ sapientiâ decipiebant eos Simoniani: Volo, inquit, vos esse in omni sapientiâ spirituali. D. Chrysostomus. Per sapientiam intellige mysteriorum assuetionem: per intellectum, seu ut alii vertunt, prudentiam, intellige applicationem mysteriorum cognitionum ad actiones, seu intellige rerum agendam cognitionem.

VERS. 10. — UT AMBULETIS DIGNÈ DEO, id est, ut vivatis sicut filios Dei decet. Græcè, *dignè Domino*; scilicet Christo, id est, sicut decet discipulos Christi.

PER OMNIA PLACENTES. Græcè, *in omnem placentiam*, id est, ut in omnibus Deo placeatis. Ambulare dignè Deo et per omnia placere Deo, idem sunt: dignè enim Deo ambulat qui Dei beneplacitum in omnibus implet. Id autem textus Græcus expressit hæc unicâ sententiâ, ut ambuletis dignè Deo in omnem placentiam.

IN OMNI OPERE BONO FRUCTIFICANTES... Explicat utrumque et quid sit *ambulare dignè Deo*, et quid sit *Deo per omnia placere*: nimirum, omnis generis bonorum operum fructus ferre; in Dei cognitione magis ac magis proficere.

VERS. 11. — IN OMNI VIRTUTE CONFORTATI, id est, oramus ut roborati omni genere roboris spiritualis; per gloriosam Dei potentiam (quæ vos in se sperantes

Spiritu sancto, qui in vobis est, non autem à carne manantem, ait Anselmus.

VERS. 9. — Ideo et nos ex quâ die audivimus, scilicet hæc bona de vobis, ut fidem, dilectionem, etc.

Nos cessavimus pro vobis orantes, et postulantes ut impleamini acquisitione voluntatis ejus, quæ Deus voluit et decrevit nos sibi reconciliare, justificare et servare per Christum.

In omni sapientiâ et intellectu spirituali. Spiritualis, id est, à Spiritu sancto profecta.

VERS. 10. — Ut ambuletis dignè Deo per omnia placentes. Significat dignè Deo ambulare, non esse aliud quam Deo per omnia placere.

in omnibus adversis sitis patientes, longanimes et mansueti, imò gaudentes.

Observationes literales et morales.

Nota primò quod dixerit Apostolus *secundum potentiam gloriæ*... quia, ut ait D. Bernardus, sermone 85, in Cant., nihil omnipotentiam Verbi clariorè reddidit, quam quod omnipotentes facit omnes qui in se sperant. Nota secundo quod dixerit in *omni patientiâ*, quia fortitudo magis in patientiâ quam in agendo elucet. Si fortia agere Romanorum est, ut aiebat Scævola, fortia pati Christianorum est: et pati non cum constantiâ tantum, sed et eum gaudio: *Hinc apostoli gaudentes à conspectu concilii*; hoc Christi gratiæ potentissimæ effectus est. Nota tertio quid oraverit Apostolus, et in hæc illius pro Colossensibus oratione disce orationum tuarum materiam, tum pro te, tum pro aliis. Ora primò ut implearis cognitione voluntatis Dei: prima quippe gratia bene nôsse voluntatem Dei; quid velit de nobis; secundo, ut ambuletis dignè Deo: vita fidei, seu cognitioni respondet. Dignè nôsti, Dei servus, imò filius Dei factus es; vixit dignè Deo, quem nôsti, quem colis, cujus filius et hæres es; adora in spiritu et veritate; dilige, et ex amore fac omnia; aut ejus gloriam omnia tua refer: non ad horam, sed omni tempore; non semel, sed continue. Hoc significat *ambulare*, ait D. Chrysostomus. Tertio, ut per omnia Deo placeas. Hoc tum sit unicam studium, Deo, Domino tuo, Patri tuo, placere, non in unâ re solum, sed in omni. Ut fructifices, ne sis arbor sterilis, habens quidem flores et folia, sed fructum non ferens; voluntates et desideria sterilia producens, non opera. In omni opere bono, non aliqua tantum opera bona faciens, sed omne boni operis genus, pro temporis et rerum ratione; quarto, ut crescas in scientiâ Dei, per verbi divini meditationem; per continuationem mentis tuæ cum Christo unionem; ut per Filium, qui lumen est de lumine, Deo, Patri luminum, conjungaris; siquæ iudicium habuit in fonte; quinto, ut omni virtute conforteris, contra omnia impendentia pericula. Hanc virtutum expecta à gratiâ Dei gloriosâ, non à tuis viribus: hanc ora, hanc spera; in hæc sit tota spes et fiducia tua. Quò major erit fiducia, cò potentior et gloriosior erit gratiæ virtus, quæ feras patienter, libenter, hilariter, et Deo gratias agens, qui te per passiones dignum efficit hereditatis sanctorum, quæ sita est in lumine clarâ, scilicet visione Lei. Eadem et pro aliis ora frequenter.

In omni opere bono fructificantes, id est, fructum omnis generis bonorum operum ferentes.

Et crescentes in scientiâ Dei. Crescit in acquisitione, sive scientiâ Dei, qui in divinorum mysteriorum notitiâ quilibet proficit.

VERS. 11. — In omni virtute confortati, omni roborò corroborati. Secundam potentiam claritatis ejus. Magnâ virtute corroborantem, iuxta potentiam gloriosam virtus, scilicet Dei. Omnia potentia Dei relucet et gloriatur in fortitudine et patientiâ Christianorum; velut catur in effectu.

In omni patientiâ et longanimitate. Hinc patet veram fortitudinem sitam esse in patientiâ.

VERS. 12. — GRATIAS AGENTES DEO PATRI. SYRUS hanc gratiarum actionem jungit cum precedenti gaudio; sic enim habet: *Atque cum gaudio, gratias agentes Deo*, etc. D. Chrysostomus et Theodoretus idem faciunt, sed et hæc verba, quæ communiter tribuuntur Colossensibus, adaptant D. Paulo, dicentes: *Gratias agimus*. Itaque nectunt *gratias agentes* cum precedente *non cessamus*, v. 9, ita ut sit sensus, iuxta illos: Non cessamus pro vobis orare, etc., et non cessamus pro vobis gratias agere.

Nota litteralis.

Communis opinio, quæ hæc verba Colossensibus tribuit, mihi primò visa est simplicior et naturalior, quia omnia alia participia præcedentia ad Colossenses referuntur. Sed textum attentius relegens, animadverti quòd hæc, versiculo 12, personam mutat Apostolos, dicens: *Qui dignos nos fecit*, etc., cum in secundâ personâ hactenus locutus sit: *Implemini, ambulare* vos.

Et ad hanc personæ mutationem reflectens, in D. Chrysostomi sententiam libentius inclino. Et puto quòd sicut D. Paulus hucusque oravit pro Colossensibus, ut Deus eis supradicta concedat, sic nunc pro ipsis Deo gratias agit, propter collata eis beneficia. Sic autem gratias agit, ut ingressum sibi faciat ad id quod præcipue intendit in hæc Epistola, scilicet exponere et confirmare evangelicam de Christo Salvatore doctrinam et hæreticorum errores refutare. Non cessamus itaque gratias agere Deo Patri, qui vos et nos, omnes Christianos, licet immeritos, utpote suos prius inimicos, solâ suâ gratiâ dignos fecit, qui in album sanctorum ascriberetur, et eadem cum illis hereditate frueretur.

In lumine, aliqui intelligunt de medio, quo ad sanctorum sortem itur, scilicet per lumen fidei; alii intelligunt de ipsâ sanctorum sorte, quæ sita est in *lumine*, clarâ Dei visione. Potest autem de utroque intelligi, de lumine scilicet fidei in terris; et de lumine gloriæ in cælis: utrumque lumen est et sors sanctorum. Sors vocatur hereditas, cur? Vide Ephes. 1, v. 11.

VERS. 13. — QUI ERIPUIT NOS DE POTESTATE TENEBRARUM, id est, à tyrannide dæmonum, qui sunt principes tenebrarum, ab infidelitate et à peccato. Vobis dominabantur ignorantia, idololatria, omnia scelera, dæmon ipse, tenebrarum princeps; ab hæc vos eripuit tyrannide.

ET TRANSLULIT IN REGNUM FILII DILECTIONIS SUE,

VERS. 12. — *Cum gaudio gratias agentes Deo Patri*, etc.: Sensus est: Qui dignatus est nos assumere in partem hereditatis electorum, et sanctorum suorum; id est, qui nobis dignitatem et excellentiam illam contulit, ut essent inter sanctos et electos ejus, scilicet participes ejusdem cum illis hereditatis cælestis. Sap. 3: *Intra sanctos sors illorum est*. Hereditas sanctorum vocatur sors; quia nulli hominum ad eam jus habebant. Nos sorte vocati sumus ad fidem et gratiam. Qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum, ait Petrus.

VERS. 13. — *Qui eripuit nos de potestate tenebrarum*, id est, à potestate diaboli. Vocatur autem diabolus

Fili dilectionis; Hebraismus est, sicut mons sanctitatis. Regnum Christi, qui lux est, regnum est lucis; regnum diaboli, regnum tenebrarum; à tenebris ergo transtulit vos ad lucem, ad regnum lucidum. Hæc translatio per Baptismum facta est, quò de diaboli potestate erepti, inseruntur mystico Christi corpori, seu Ecclesie, quæ lucis est regnum.

VERS. 14. — *In quo habemus redemptionem*... per quem Filium redempti sumus, nimirum per sanguinem suum, quem in lytrum, seu pretium obtulit pro nobis Patri suo, et in quo sanguine peccata nostra lavit. Sic itaque construe et intellige: *In quo scilicet, per sanguinem ejus, habemus redemptionem*, scilicet, *remissionem peccatorum*.

Observationes dogmaticæ et morales.

Perpente seriò bona tibi, à Deo per Christum, collata, et his versibus 12, 13, 14, expressa. Ineffabilia sunt; inexhaustibilibus itaque sit tuagratitudo. Continuas Deo gratias age.

1° Te immeritum, utpote inimicum, suâ gratiâ dignum effecit sortis, seu hereditatis sanctorum, scilicet æternæ beatitudinis, ad quam, per baptisim gratiam, jus habes. Et hoc agnoscens, cave ne, tanti beneficii immemor, gratiam peccato perdas, teque tuâ malitiâ dæmonum sortis dignum reddas.

2° Te obtinebratum, tenebrarumque servum, à tenebris ereptum, à dæmonumque tyrannide liberatum, repente transtulit in lucidum dilectionis Filii sui regnum, id est, in Ecclesiam, ut eodem cum Filio suo fruaris honore; nempe, ut sis filius Dei, dilectus, hæres regni; seu, ut in æternum regnes cum Deo Patre tuo. Hoc perpente et crubescere. Ad regnum vocatus es! ad regnum Filii, ad regnum Filii dilecti, ut pari cum Filio Dei in æternum honore fruaris, et ad æternum Filii Dei regnum vocatus; hinc totus et oscitans, fricasque et scalpis et torpescis, ait D. Chrysostomus, quem vide hic. Væ tibi, si tanti doni et honoris immemor, glorioso Christi regno, pro opera tenebrarum renuntians, te dæmonum servituti rursùm subdis et tenebrarum tenebris adjudicas æternis!

3° Te homunculium, infinito sacratissimi sanguinis sui pretio redemit; te itaque peccata in sanguine divino lavit. Cogita, ó Dei sanguine redempte, quanti Redemptori tuo valeas, quò te redemit pretio, scilicet sanguinis, vitæ et honoris pretio. Ille cogitans et agnoscens, tuum Redemptorem dilige, redemptionis gratiam serva, peccatum horre, fuge, detestare. Væ

tenebræ, quia per peccatum totus factus est tenebrosus, utpote totus à Deo, qui vera lux est, aversus.

Et transtulit in regnum Filii dilectionis sue, id est, Filii sui dilecti, veri, proprii et unici Filii sui, unicæque dilecti. Ait Theodoretus: Qui transtulit nos in regnum Filii sui dilecti. Ephes. 1: *Gratificavit nos in dilecto Filio suo*. Hujus Filii regnum Apostolos Ecclesiam intelligit. Hæc enim et corpus est et regnum Christi, et domus Dei.

VERS. 14. — *In quo habemus redemptionem per sanguinem ejus*, etc. Redemptio nostra à servitute peccati reipsa non est aliud quam remissio peccatorum.

enim tibi, si, pretioso Filii Dei sanguine contempto et quasi pedibus calcato, ad peccata tibi remissa recurras! Notat D. Chrysostomus quòd D. Paulus dixerit *ἀπολύω*, *ῥησάω*, perfectam esse plenam redemptionem. Ne amplius corruamus, neque mortales efficiamur.

Ex eisdem versibus disce quid sit baptisimus: est vocatio, adoptio ad sortem sanctorum, ad æternam scilicet beatitudinem, ad quam jus datur; est translatio à tenebris ad lucem, à servitute peccati ad libertatem filiorum Dei, à tyrannide dæmonum ad regnum æternum Christi; est remissio peccatorum, animæ lotio, seu purificatio in pretioso Filii Dei sanguine. Hanc tuam adoptionem, translationem, hunc transitum, hoc pascha, cum jubilo celebra singulis annis, quovis mense, imò, si fieri potest, quotidie et continue, Deum laudans, Deo gratias agens. Hanc animæ tue lotionem, sanctificationem, consecrationem, recognosce; ob eam Deum adora, lauda, continue Deo gratias age.

VERS. 15. — *QUI EST IMAGO DEI INVISIBILIS*. Patet ex Græco quòd *invisibilis* sit in genitivo, sitque epithetum Dei. Est ergo sensus: Qui Filius, est Dei Patris (quem nullus hominum vidit nec videre potest, primæ Tim. 6) *imago*, per omnia similis, equalis, consubstantialis, utpote ab ipso procedens per intellectum, ut Verbum adequatum. Per hanc autem imaginem consubstantiali, carnis coloribus indutum, visus est in tempore, qui invisibilis est in æternitate.

PRIMOGENITUS... id est, à Deo genitus ante omnem creaturam, sicutque omni creaturâ præstantior, quas omnes æternitate præcedit et quas omnes in tempore creavit. Primogenitus dicitur, etc., non primò creatus, quia generatio illi convenit, non creatio, D. Chrysostomus.

VERS. 16. — *QUONIAM IN IPSO CONDITA SUNT UNIVERSA*...; Græc.: *Quæ in cælis et quæ in terrâ*.

VISIBILIA ET INVISIBILIA... etiam omnes angeli, quidquid dicant Simoniani. OMNIA PER IPSEM FACTA SUNT, et propter ipsum; omnium principium est et finis. Græc.: *Omnia per ipsum et in ipsum creata sunt*, id est, ad ejus gloriam, seu ad ipsum.

VERS. 17. — *ET IPSE EST ANTE OMNES*... intellige

VERS. 15. — *Qui (Filius) est imago Dei (Patris) invisibilis*. Consequenter ab excellentiâ personæ redempti, beneficium redemptionis commendat, ostendens quis et quantus sit Christus. Est igitur Filius imago Dei, quia perfectissima Dei similitudo est, ab eo expressa, per generationem quâ ex illo natus est. Filius est Verbum Patris, Patri omnino simile et æquale, adoque ejusdem planè cum Patre essentia.

Primogenitus omnis creaturæ. Primogenitus hic idem est quod unigenitus. Dicitur vero Christus primogenitus, quia primò, puta ante omnem creaturam, est genitus, utpote ab æterno, et per hoc, omni creaturâ præstantior, atque in universam creaturam principatum habens.

VERS. 16. — *Quoniam in ipso condita sunt universa in cælis, et in terrâ*. In ipso, id est, per ipsum, *visibilia et invisibilia*, id est, corporea et incorporea, tam angeli quam homines sunt à Filio creati.

See Throni, sive Dominationes, sive Principatus, sive Potestates; omnia per ipsum et in ipso creata sunt. Pro-

creaturas, vel cum Syro et aliis multis dic *ante omnia*.

OMNIA IN IPSO CONSTANT, id est, per ipsum consistunt et conservantur. Itaque creator, conservator et finis ultimus rerum omnium, etiam angelorum.

Observatio dogmatica et moralis.

In tribus præcedentibus versibus qui Christo, ut Deo, conveniunt, perpente Redemptoris nostri dignitatem supremamentem, ut redemptionem tuam, quantum potes, aestimes. Imago Dei est viva, adæquata, consubstantialis, à Deo Patre suo genitus est ab æterno, ante Luciferum et omnem creaturam, in splendoribus Divinitatis; generatione, quæ nec principium, nec finem habet. *Ego hodie genui te*. Per ipsum, in ipso et propter ipsum omnia facta sunt cælestia, terrestria, visibilia et invisibilia. Per ipsum et in ipso omnia constant, consistunt et conservantur. Omnium itaque creator, omnium conservator, omnium finis ultimus. Et qui tantus est ab æterno, ante quem omnis creatura quasi nihilum est et inane, à cuius solo nutu pendunt omnia, hic tantus Deus honoremque perditum, inimicumque suum, cogitavit, amavit, redemit, et suo sanguine redemit! Propter nos miseros homo factus est, passus est, mortuus est, creuit et ignominiosè mortuus est! O amor! ó amor! ó nimis amor! Hanc amorem, hominico, mirare, stupens adora, tunc, comque, recognosce; ob eum obedi, vive totus tanto, tamque bono, Deo, Redemptori tuo.

VERS. 18. — *ET IPSE EST CAPUT CORPORIS ECCLESIE*... Et ipse, idem de quo, ut Deo, hactenus dixi, ut homo, est caput corporis Ecclesie, quam regit et movet, in quam, velut in suum conaturale corpus, influit omnia gratiarum genera. Ipse, inquam, qui PRINCIPUM, seu primitiæ resurrectionis est, utpote, PRIMOGENITUS, etc., qui primus et ante omnes resurrexit ad vitam æternam. Aliqui Græcos multos secuti, loco ἀρχῆς, id est, principium, legunt ἀρχῆς, primitiæ, seu nobilior pars corporis Ecclesie, totumque corpus sanctificans, sicut primitiæ cæteros fructus sanctificant. Primitiis dixit tanquam de fructu aliquid, ostendens quòd nos omnes sanctificavit et tanquam sacrificium obtulerit, D. Joan. Chrysostomus.

in ipso, Græcè est, in ipsum, puta ad ipsius gloriam, creata sunt omnia. Ita Vatablus.

In ipso significat immensitatem Filii, scilicet Filium esse ubique per essentiam, præsentiam et potentiam, adeò ut extra se nihil creare vel agere possit, sed omnia quæ creat et agit, in seipso creat et agit. In ipso, ut significet Filium consortem imperii, immensitatis, potentie et essentia paternæ.

VERS. 17. — *Et ipse est ante omnes*: vel ante omnia: quod Deo maxime proprium est. Ita et Christus in Evangelio. Joan. 8: *Antequam Abraham fieret, inquit, ego sum*.

Et omnia in ipso constant, hoc est, omnia per eum consistunt et conservantur.

VERS. 18. — *Et ipse est caput corporis Ecclesie*. Hactenus egi de Christo ut Deo, ejusque divinitatem ostendi: jam agit de Christo ut homo est, et Christi hominis dignitatem ostendi. Christus enim quò homo est, non quò Deus, est propriè caput Ecclesie.

Qui est principium. Christus est principium, id est, fons, dux et auctor resurrectionis et resurgentium ex

Nota convenientias: Ille ipse, qui, ut Deus, est ante omnes, et in quo constant omnia, ut homo, est Ecclesie caput, fons omnis cognitionis, omnique motus supernaturalis gratie; de cuius plenitudine nos omnes accipimus. Ille ipse qui, ut Deus, rerum omnium principium est, ut homo, principium, fons et auctor est resurrectionis ad vitam gloriosam. Ille ipse qui, ut Deus, primogenitus est ante omnia, ut homo, primogenitus est resurrecturus ad immortalitatem.

UT SIT IN OMNIBUS IPSE PRIMATUM TENENS. Ex supradictis concludit Apostolus quod Christus Dominus et secundum divinam et secundum humanam naturam in omnibus primatum habeat. Quippe qui ut Deus, per suam generacionem aeternam, est ante omnia; utpote per quem omnia, in quo omnia, et ad quem omnia. Ut homo, per suam resurrectionem gloriosam, est primus resurrecturus ad vitam immortalitatem; primus tempore, dignitate et causalitate. Primus enim omnium resurrexit, nunquam moriturus; ipsius resurrectio est exemplar et causa nostrae resurrectionis future.

VERS. 19. — Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare, id est, quia Patri aeterno et coelesti placuit omnem gratiarum et perfectionum plenitudinem in Christo inhabitare perpetuo et inseparabiliter.

Nota litterales.

Nota primò complacuit; Dei beneplacitum fuit, benigna Patris fuit voluntas, non Christi meritum; nec enim hanc gratiarum plenitudinem promeruit, sed Dei benignitate data fuit ei. Hinc Christus est exemplar gratie sicut et predestinationis: quidquid habet, gratis habet, et ex solo Dei beneplacito. Nota secundo omnem plenitudinem, id est, omnem perfectionem sapientie, gratie, potentie, Christo, ut capiti, congruam. Ceteri per partes recipiunt dona Dei; Christus omnem habet plenitudinem non solum gratie, sed et divinitatis. Nota tertio inhabitare; non ad tempus, sed perpetuo et inseparabiliter; non tantum ad operationem, sed per essentiam. Omnis itaque gratia capiti congrua ad plenum usque, in Christo capite nostro sedem fixam et perpetuam habet; ad hoc scilicet, ut a capite fiat ad membra; seu ut unusquisque fidelis gratiam sibi congruam, pro suo modo, in Christo gratiarum fonte lauriet. Hinc ad Christum, gratia fontem, nobis continuè recurrendum.

mortuus. Primogenitus ex mortuis, id est, primò resurgens ex mortuis ad vitam immortalitatem.

Ut sit in omnibus ipse primatum tenens. Primogenitus est omnium mortuorum, qui beatà donabatur immortalitate.

VERS. 19. — Quia in ipso (Christo) complacuit (Patri) omnem plenitudinem inhabitare, id est, omnem perfectionem tam sapientie, tam gratie, tam potentie, tam denique ipsius divinitatis. Inhabitare, tangam, non tantum per vim et operationem; sed etiam per se ipsum suamque essentiam. Ita Theophyl. et Anselmus.

VERS. 20. — Et per eum reconciliare omnia in ipsum, id est, et per Christum, non per angelos, omnia, terrestria scilicet et coelestia reconciliare sibi. In ipsum. Hebraeisque significans sibi.

PACIFICANS, id est, pacificando per sanguinem, quem Christus in crucis arà fudit, homines et angelos. Peccatum fecerat inimicitias inter cælum et terram; per Christi sanguinem deletum est peccatum, inimicitiarum causa; sicut pacificata sunt cælum et terra. Cum D. Chrysostomus mirare quod nos reconciliavit per ipsum, per mortem, per crucem. Magnum est reconciliare per ipsum; majus et eò majus per sanguinem; et adhuc eò majus per crucem, D. Chrysostomus.

Observationes dogmaticæ et morales.

In versibus 18, 19, 20, agnosce relativas Christi dignitates, et eis ad tuum profectum utere. Caput est Ecclesie, caput tuum est, utpote caput corporis cuius es membrum. Ab ipso pende, iusque sequere motus, iusque peccatis subdere. Principium et fons est gratie; ab ipso et per ipsum, gratiam pete. Primitia resurrectionis et exemplar gloria; ad hanc gloriosam resurrectionem, seu perfectam filiorum Dei regenerationem, aspira; ad hanc patienter te prepara; computare ut contegues. Plenitudo omnis perfectionis est: In quo sunt omnes thesauri, etc. In ipso habet quidquid tibi deest; hauri, inquam, fide, desiderio, oratione. Pontifex noster est, animarumque nostrarum episcopus, oleo divinitatis unctus; per eum ad Deum accede, ora, adora, gratias age, omnia universi pacificator, omnium reconciliator, reconciliavit, pacificavit per sanguinem suum. Attende autem reconciliationis modum. Reconciliavit, non verbis, sed factis; seipso dato et oblato in sacrificium. Per se ipsum, ipse se obtulit; sacerdos sui sacrificii. Per sanguinem suum, obtulit semetipsum, ipse sui sacrificii victima. Per sanguinem crucis, id est, in cruce effusus: cruciatus est, et cum acerbis doloribus obtulit.

PER MORTEM, usque ad mortem cruciatu est.

IN CORPORE CARNIS EJUS; mortem passus est, et dolores acerbissimos passus est in corpore carnis, nostrisque similit. Mirare hunc reconciliationis modum: ama reconciliator tuum, perpetua ei gratias age. Utere frequenter hac tuâ mirabili reconciliatione, offer assidue Christum victimam, teque cum illo. Offer Christum patientem, cruciatum, scum pro te

VERS. 20. — Et per eum reconciliare omnia (id est, omnes homines) in ipsum, id est, sibi.

Pacificans per sanguinem crucis ejus, sive que in terris, sive que in cælis sunt, id est, homines et angelos inter se; quod fit dum per Christum tollitur obstaculum peccati, quod homines ab angelis dirimit. Deus Pater voluit per Christum omnia, inimicos inter se reconciliare, unctumque eos tanquam unum corpus in Christo, ut capite; nec inter eos composita per sanguinem ejus in cruce effusum, quo peccatum, quod erat inimicitie causa, deletum est.

sanguinem cum dolore fundentem, et pro peccatis suis morientem. Fide, charitate, fiducia, hanc victimam, hos dolores, hanc mortem reade tibi propria.

VERS. 21. — Et vos cum essetis aliquando... Applicat speciatim Colossensibus que generatim dixit de omnibus. Et vos, 6 Colossenses, cum essetis aliquando mente à Deo alienati, quippe qui Dei cognitione carebatis. ET INIMICI SENSU. Græc., *inimicos mente*. Syr., *mentibus vestris*, seu hostili in eum animo; agentes nempe que sunt inimicorum, id est, operibus malis illum offendentes: vitam quippe impiam et sceleratam ducebatis. A Deo mente eratis alienati: illum non noscebatis: eratis reverà inimici; vestris scilicet malis et impis operibus.

VERS. 22. — Nunc autem reconciliavit... Vos Christus nunc fecit amicos, non per angelos, sed per semetipsum; nempe per corpus suum carnicum, seu carne et ossibus constants, simileque nostris; per mortem scilicet, quam in hoc corpore carnis nostris-que similis pertulit, ut vos sisteret Patri suo sanctos, immaculatos, irreprehensibiles.

VERS. 23. — Si tamen permanetis in fide... Tales autem eritis, sancti et immaculati... yosque ut tales exhibetis Patri suo, si traditam vobis fidei doctrinam stabilis servetis, et consequenter nova judaizantium dogmata non audieritis.

ET STABILES ET IMMOBILES A SPE EVANGELII. Si perseveretis in spe coelestium honorum, que promisit vobis Evangelium quod audistis ab Epaphrâ et quod idem est ac illud quod per universum mundum prædicatum est, ET CÆCIS EGO SUM MINISTER.

IN UNIVERSA CREATURA, id est, omni genti, per synecdochen; quæ sub cælo est, hyperbole: Plerisque, permittis, tam Orientalibus, quam Occidentalibus, quam Meridionalibus, quam Septentrionalibus, non autem omnibus omnino. Hic repetit Apostolus quod jam dixit supra de Evangelio ab Epaphrâ prædicato; præterea verò declarat se ejusdem Evangelii ministrum. Fortè quia judaizantes Paulum, sicut et Epaphrâ Pauli discipulum, calumniati erant, quasi aliud prædicarent quàm quod ceteri apostoli. Hinc dicit ac repetit Evangelium quod audierant ab Epaphrâ idem esse ac illud quod ubique per universum mun-

VERS. 21. — Et vos cum essetis aliquando alienati, etc. Pro sensu, Græcè est, mente et voluntate, id est, per mentem et voluntatem; vos olim alienati et inimici mente.

VERS. 22. — Nunc autem reconciliavit in corpore carnis ejus pro mortem, exhibere (ut exhiberet) vos sanctos et immaculatos, etc., id est, in conspectu ejus, nempe Dei Patris.

VERS. 23. — Si tamen permanetis in fide fundati et stabiles, id est, pro fundamentum fidem stabiliter retinetis. Et immobiliès à spe Evangelii quod audistis; id est, neque statimini vos demoveri à spe honorum coelestium, que promittit Evangelium quod audistis. Quod prædicatum est in universa creatura que sub cælo est; hoc est, per omnes gentes, aut per universum mundum. Valde ergo, 6 Colossenses, ne fidem mutetis, quæ à Patri vobis jam tradita est.

Cæcis factus sum ego Paulus minister, id est, cuius

dum prædicatur. Hinc etiam addit quod hujus Evangelii prædicandi sit minister, non auctoritate suâ, sed à Christo institutus.

VERS. 24. — QUI NUNC GAUDEO IN PASSIONIBUS PRO VOBIS... ET ADMIPLEO EA QUÆ DESUNT PASSIONUM CHRISTI IN CARNE MEA

Notanda ad intelligentiam.

Ad plenorem hujus loci intelligentiam, duo notanda sunt verba quibus usus est Apostolus. Primum, *ἀδυνατέω*, quod componitur ex *ἀδύνατος*, quod significat vicem; ex *αἰσθ*, quod valet idem ac *αἶσθησις*, impleo. Hoc itaque compositum hic significat, vice Christi, vel vicem reddens Christo, reimpleo, id est, rursum et frequenter impleo, seu, ut veritè Syrus, suppleo. Secundum, *ἀνεπιπλάττω*, defectio, defectus. Sensus itaque literalis est: Vice et loco Christi reimpleo in carne meâ que desunt Christi passionibus. Syrus: *Suppleo quod deerat afflictionibus Christi in carne meâ*, etc. Arab.: *Defectus afflictionum Christi suppleo pro ipso in carne meâ*. Adhiop.: *Impleo reliquias afflictionum Christi*, etc.

Notanda est et Evangelii doctrina, quam hic supponit Apostolus, scilicet: Sicut æterno Dei decreto statutum est ut Christus pro Ecclesiâ suâ pateretur ac moreretur, ita eodem decreto statutum est, ut apostoli, apostolicæ viri, Christi legati et ministri, pro eadem Ecclesiâ paterentur, ac plerique morerentur. Hoc multis in locis Christus suis prædixit apostolis: *Ad prædica, et ad reges ducemini*, etc., Math. 10, 18. Hoc de D. Paulo speciatim prædixit: *Ostendam illi quanta oportet pro nomine meo pati*, Act. 9, 16, seu quanta illi requirerim patientia pro Ecclesiâ, corpore meo.

His notatis, videtur sensus omnium naturalissimus esse is qui sequitur: *Ego Paulus factus sum Evangelii Christi minister*: at minister fidelis, qui gaudeo in malis que pro vobis patior; quia Christi vice, Christianique loco, patior in carne meâ que mihi, sui loco, reliquit toleranda, pro suo mystico corpore, quod est Ecclesiâ. Voluisset equidem Christus ipse solus omnia ad Ecclesiâ sue formationem atque perfectionem necessaria tolerare, ad Dei voluntas fuit ut nobis, ministris suis, multa relinquere toleranda, utque nos

Evangelii prædicandi munus ac ministerium mihi Paulo à Christo Domino coopereditum est.

VERS. 24. — Qui nunc gaudeo in passionibus (sive afflictionibus meis) pro vobis, id est, quas pro vobis sustineo.

Et adimpleo ea que desunt passionum Christi, in carne meâ pro corpore ejus, quod est Ecclesiâ; q. d.: Patientio in carne meâ, adimpleo ea que desunt passionibus quas passus est Christus in carne sua; q. d.: Multis laboribus, sudoribus et afflictionibus opus est ad colligendam Ecclesiam, hominesque ad fidem vocandos, et ad salutem perducendos. Ut jam ego vinecula hæc patior in carne, id est, quæ desunt passionibus Christi: in gentium conversione præcedendâ ego adimpleam, multaque patior pro corpore Christi, quod est Ecclesiâ, ut mirum inter gentes Ecclesiâ promoveat, crescat et periclitetur, passionisque ac redemptionis Christi plene sit participans. Passionibus Christi deest aliquid, non in se, sed in quibus

apostoli, per longas et graves afflictiones, suam formaremus atque congregarem Ecclesiam. Dum ergo pro vobis patior, gaudeo, quia passionum mihi a Christo, pro sua Ecclesia formanda, relictarum partem meam adimpleo, tanquam illius vicarius ac minister, ipsiusque vices suppleo.

Cum itaque dicit Apostolus: *Adimpleo quae desunt Christi passionibus*; cave ne intelligas quod desit aliquid ex parte Christi, seu quod passio Christi non sit sufficiens ad redemptionem, hoc enim haereticum est, ait D. Thomas. Sed intellige quod desit aliquid ex parte Pauli. Christus, ut dictum est supra, v. 20, passus est in carne sua ut nos Deo reconciliaret, nostrisque peccatis satisfaceret, Ecclesiamque exhiberet Deo sanctam, immaculatam et irreprehensibilem. Passus est autem non sufficienter tantum, sed et abundanter, imò superabundanter, etiam pro mundis infinitis satisfaciendis. At idem Christus ministris suis reliquit multa pro suo mystico corpore toleranda; Christo passio, restabat, ait Theodoretus, ut Paulus predicaret gentibus, munificum salutis largitorem ostenderet, multaque propterea pateretur. Ille adimplens Paulus, adimplet quae ex parte sua desunt passionibus Christi, id est, patitur quae sibi, loco et vice Christi, patiendi supersunt pro Ecclesia. Hoc autem adimplet gaudens, et quia pro Christo patitur, Christi vice, Christie loco patitur, et quia pro mystico Christi corpore patitur.

Observatio moralis.

Quod Paulus patiens de se dixit, hoc quisque fidelis patiens de semetipso dicere potest: *Nunc gaudeo in passionibus*, etc. Sicut enim Dei decretum fuit ut Christus pateretur, et per passiones intraret in regnum caelorum, sic et Dei decretum est ut quisque patitur Christianus, et per multas tribulationes ingreditur in gloriam. Christus per suas passiones aeternam nobis beatitudinem meruit, at vult ut per passiones assequamur quod passionibus promeruit. Aequum est ut per id salus nobis applicetur per quod salus nobis facta est. Aequum est ut membra mystica Christi, Christo capiti suo, et naturalibus Christi membris, per omnia conformentur; ut patiantur et per passiones in vitam ingrediantur, sicut Christus passus est et per passiones intravit in regnum caelorum. Gaudendum itaque nobis dum patimur, quia nobis applicatur passio Christi; gaudendum, quia patimur pro regno adipiscendo quod nobis Christus acquisivit sanguine suo; gaudendum, quia tunc momentaneum et leve tribulationis nostrae aeternam gloriae pondus operatur in nobis.

Alii sensus versiculi 24.

Plures alii sensus dantur ab interpretibus. Aliqui passiones Christi interpretantur passiones quas Paulus pro Christo tolerabat, sicut D. Paulus, 2 Cor. 1, dixit: *Abundant passiones Christi in nobis*. Et hic sen-

Vers. 25. — *Cujus* (scilicet Ecclesiae) factus sum ego minister secundum dispensationem Dei, quae data est mihi in vos; ut dispensem toti familie, id est, singulis fidelibus, bona et dona Dei, Domini mei.

sus est facilis: *Gaudeo in passionibus* quas pro vobis gentibus tolero, quia iis adimpleo quae mihi toleranda restant pro Christo, propter mysticum ejus corpus. Hunc sensum putat Estius non contemnendum. Alii passiones Christi interpretantur passiones, quas in se quidem tolerabat Paulus, et quas Christi vocat, quia Christus membrorum suorum passiones reputat suas; sicut Saulo Ecclesiam olim persequeute, Christus questus est quod se persequeretur: *Saule, quid me persequeris?* ita, Paulo pro Ecclesia patiente, Christus patitur in Paulo.

Ut haec sententia, quae communis est, explicetur, Christus dupliciter considerari potest: vel in suo corpore naturali, quod in alvo virginali B. Mariae sumpsit, vel in suo corpore mystico, quod est Ecclesia; Christus enim et Ecclesia, est una persona mystica, ait D. Thomas hic, cujus caput est Christus; corpus autem omnes justi; quilibet verò sanctus, membrum hujus corporis. Quemadmodum autem Christus in suo naturali corpore usque ad finem vite passus est, ita in suo mystico corpore, id est, in Ecclesia, et in singulis suis membris, usque ad finem mundi patietur. Passus est in suo corpore naturali, ut redemptionem nobis mereretur; patitur usque ad finem mundi in singulis membris, ut nobis salutem applicet. *Adimpleo itaque quae desunt passionum Christi*, scilicet mystice sumpti, seu quae desunt passionibus Ecclesiae, quae dicuntur Christi, quia Christus est Ecclesiae caput. Hoc sensu dicit D. Leo quod passio Domini usque ad finem perducitur mundi. Vide Estium.

Primasius, quod Christus passionem quidem inchoavit, Ecclesia verò continuat. Addunt aliquid, inter quos D. Godeau, et P. Amelotte, quod Christus infinito gloriae Patris sui zelo pressus, et immenso peccatorum nostrorum odio ductus, voluerit omnia mala et supplicia ipse solus usque ad finem mundi pati, ut Deum honoraret infinite, ut peccatum plenius destrueret, et homines abundantius sanctificaret; necnon autem crucis supplicium Christo concessum fuit, cetera mala fidelibus dispersa. Quod ergo in spiritu et animo passus est, seu quod pati cupiit Christus, hoc Christiani ferunt in corpore, siquae adimplent quae Christus desunt passionibus; adimplent vice Christi, quod ipsis passio defuit, juxta cordis illius desiderium.

Vers. 25. — *Quis factus sum ego minister...* Cujus, scilicet Ecclesiae, patet ex Graec. $\frac{3}{2}$; femin. Qui est Evangelii minister, Christi et Ecclesiae minister est: Christi quidem, cui servit; Ecclesiae verò, cujus bono servit.

SECUNDUM DISPENSATIONEM, Graec. *oconomiam*, id est, secundum providam patrisfamilias dispensationem, etc., quae factus sum gentium apostolus; ut inter vos, et inter alias gentes ministerio meo impleam aeternum Dei decretum, et promissum de vestra vocatione ad salutem.

Ut impleam verbum Dei, id est, plenè predicem verbum Dei, et compleam predicationem Evangelii, quam cepit Christus.

Ut impleam verbum Dei. Multiplex est sensus: Primus, quem modò posui. Secundus: Ut impleam, seu compleam verbi Dei predicationem, quam Christus incepit; vel: Ut per Evangelii predicationem absolvam opus redemptionis, quod fecit Christus. Predicatore opus redemptionis humanae, ad quod Christus missus est, absolvunt et compleant, siquae opus Christi periclitantur actionibus suis, Christieque passionem suis adimplent passionibus. Tertius: Ut impleam omnia loca verbi Dei. Quartus: Ut plenè et perfectè annuntiem verbum Dei.

Vers. 26. — *MYSTERIUM QUOD ABSCONDITUM...*; quod verbum Dei, seu propositum vocationis gentium, mysterium est praeteritis saeculis et generationibus absconditum. Prophetae enim et angeli, ut dictum est ad Ephes. cap. 5, v. 9, 10, non ita clarè noverunt haec mysteria, Incarnationis Verbi ac vocationis gentium, sicut apostolis deinde revelata sunt.

Vers. 27. — *QUIBUS VOLUIT DEUS NOTAS FACERE...* Quibus, apostolis, *Deus voluit manifestare* quanta sint divitiae, quantaque sit gloria hujus mysterii, quod compleatur in gentibus. Hoc explicuit ad Ephes. 5, 6, dicens, *gentes esse coheredes et participes promissionis Dei in Christo Jesu per Evangelium.*

QUOD EST CHRISTUS, quod mysterium est Christus, objective scilicet; seu, est de Christo Jesu, Dei Filio, incarnato, passo, etc.

IN VOBIS SPES GLORIAE, id est, qui Christus Jesus, pro nobis incarnatus et mortuus, et à vobis creditus, est causa spei, quam habetis de gloria aeterna. Christus fons salutis nostrae, et tota spei nostrae causa.

Vers. 28. — *QUEM NOS ANNUNTIAMUS CORRIPIENTES...*, id admonentes. Graeca vox *soberesentes*, significat admonentes, increpantes, seu cum increpatione.

Vers. 26. — *Mysterium* (verbum Dei vocat mysterium) quod absconditum fuit à saeculis et generationibus. Loquitur autem de mysterio vocationis gentium. Sensus est: Mysterium hoc absconditum et incognitum fuit hominibus omnium praecedentium saeculorum et generationum. Sic Ephes. 3: « Quod aliis generationibus non est agnatum filiis hominum. »

Nunc autem manifestum est sanctis ejus. Hujus expositio est illud ad Ephesios, sicuti nunc revelatum est sanctis apostolis ejus et prophetis in spiritu.

Vers. 27. — *Quibus voluit Deus notas facere divitias gloriae*, id est, divitem, locupletem, et bonis spiritualibus abundantem gloriam sacramenti (mysterii) hujus in gentibus, quod, scilicet sacramentum vel mysterium, est Christus, qui in nobis est spes gloriae, id est, spes gloriosa; quia videlicet per Christum magnifica et gloriosa bona speratis vos adepturos.

Vers. 28. — *Quem nos annuntiamus*, quem Christum nos apostoli mundo annuntiamus.

Corripientes omnem hominem. Erat autem totum genus humanum in peccatis et ignorantia Dei; ac pro-

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad praxim redigenda.

Vix est alibi major quam in hoc capite notandorum abundantia: at quia suis locis fusè et practicè sunt explicata, sufficiat materiam indicare, et loca notare.

1° Orationum christianarum materiam, seu quid praecipue debeamus pro nobis et aliis orare, vide v. 10, 11.

tionem admonentes. Omnes homines Deum ignorabant, malè vivebant; apostoli, tanquam Dei legati ac ministri, illos movent et increpant.

OMNEM HOMINEM, quantum est in nobis, seu quam plurimos possumus.

Vers. 29. — *IN QUO ET LABORO*, id est, ad quod, seu ad quem finem laboro decertans; sic laboro, sic entor, ut me periculis objiciam.

SECUNDUM OPERATIONEM EJUS, id est, secundum vim et efficaciam Spiritus Christi, qui potentissimè operatur in me et per me, in virtute; in me, virtute quae me induit ex alto; per me, virtute miraculorum, quae dat verbis meis efficaciam. Graec. *κακὰ τῶν ἐλεγγικῶν ἰσχυρῶν, τῶν ἐκπεποιθῶτων ἐν ἐμοὶ ἐν δουλείᾳ*. Alii *ἐκπεποιθῶτες* sumunt in sensu activo, operantur; alii in passivo, operantur. Utrumque verum arbitror: nam Christus sancto Paulo per internam suam gratiam vires conferbat eximias, illumque virtute interius induebat. Et Christus per eundem Paulum, sic ex alto indutum virtute, patrabat miracula, quibus Pauli verbis efficaciam dabat ad hominum penetranda corda, et ad fidem convertenda.

Observatio moralis.

In ultimis quibus versibus, omnis Christi minister agnoscat ministerii sui partes et munia, videatque seriò num illa repleat. An, sicut D. Paulus, Christum, Christi mysteria, Evangelii veritates predicat, secundum talenta, gratiasque sibi creditas, v. 25. Num omnem hominem, etiam pauperem, idiotam, sine personarum acceptione, docet et instruit, v. 28. Num omnem, ejuscumque conditionis, quantum est in se, ad perfectionem adducit, v. 28. Num omnem curam, laborem et sollicitudinem, ad hunc effectum ordinat, v. 29.

pietate de his corripiendum.

Et docentes omnem hominem, in omni sapientia; ut sensus sit: Instituentes omnem hominem in perfectà cognitione Dei et mysteriorum fidei, quae est vera sapientia. Sic Augustinus, Anselmus.

Ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Jesu, id est, ut omnem hominem reddamus, et Deo sistamus perfectè instructum in his quae ad fidem et cognitionem Christi pertinent.

Vers. 29. — *In quo* (ad quod) et *labore certo*, id est, in quem finem etiam entor, multumque laborem, cum difficultate et periculo decertans.

Secundum operationem ejus, quem operatur in me in virtute. Sensus est: Decertans secundum efficaciam ac potentem operationem seu motionem Christi in me. In virtute, id est, potentè, validè et efficaciter: patrandò scilicet miracula tot et tanta, dando tantam efficaciam verbis meis, ut omnium corda penetrant et convertant; suggerendo animos, vires ac zelum, ut ignea charitate, et ignea illius praedicatione, omnibusque ignem hunc divini amoris afflent et aspirem.

Vide et ibidem observationem dogmaticam et moralem.

2° Bona nobis per Christum collata, vide v. 12, 13, 14. Vide et in hos versiculos observationes dogmaticas et morales.

3° Excellentiam Christi, ut Dei, vide v. 15, 16, 17. Vide et ibidem observationem dogmaticam et moralem.

4^o Excellentias Christi; ut hominis; vide v. 18; 19; 20. Vide et hâdem observationes dogmaticas et morales, ut relativas Christi dignitates agnoscat, cisque ad unum profectum utrius. Hâdem attende ad nostræ per Christum reconciliationis modum; ut illæ mirabili tuâ reconciliatione frequenter utaris, Christi pas-

CAPUT II.

1. Volo enim vos scire qualem sollicitudinem habeant pro vobis, et pro illis qui sunt Laodicæ; et quicumque non viderunt faciem meam in carne:

2. Ut consolentur corda ipsorum; instructi in charitate, et in omnes divitiis plenitudinis intellectus, in agnitionem mysterii Dei Patris et Christi Jesu:

3. In quo sunt omnes thesauri sapientiæ et scientiæ absconditi.

4. Hoc autem dico, ut nemo vos decipiat in subtilitate sermonum.

5. Nam etsi corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum; gaudens, et videns ordinem vestrum, et firmamentum ejus, quæ in Christo est, fidei vestræ.

6. Sicut ergo accepistis Jesum Christum Dominum, in ipso ambulatè,

7. Radicanti, et superadificanti in ipso, et confirmati fide, sicut et didicistis; abundantes in illo in gratiarum actione.

8. Videte ne quis vos decipiat per philosophiam, et inanem fallaciam; secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi; et non secundum Christum:

9. Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter;

10. Et estis illo repleti, qui est caput omnis principatus et potestatis:

11. In quo et circumcisi estis circumcisione non manu facta in expolatione corporis carnis, sed in circumcisione Christi.

12. Consepulti et in baptismo, in quo et resurrexistis per fidem operationis Dei, qui suscitavit illum a mortuis.

13. Et vos, cum mortui essetis in delictis, et præputio carnis vestræ, convivificavit cum illo, donans vobis omnia delicta:

14. Delens quod adversus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, et ipsum tulit de medio, affigens illud cruci.

15. Et expolians principatus, et potestates traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso.

16. Nemo ergo vos judicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomenia, aut sabbatorum:

17. Quæ sunt umbra futurorum: corpus autem Christi.

18. Nemo vos seducat, volens in humilitate, et religione angelorum, quæ non vidit, ambulans, frustratus sensu carnis suæ,

sionem et mortem pro tuis peccatis offerens Deo, v. 20.

5^o Quod, et quare nobis in passionibus nostris sit gaudendum; vide v. 24, et observationem moralem.

6^o Omnis Ecclesie minister agnoscat ministerii sui partes; videatque num illas replet, v. 25, 26, 27, 28, 29. Vide observationem moralem.

CHAPITRE II.

1. Car je suis bien aise que vous sachiez combien est grande l'affection, et le soin que j'ai pour vous, pour ceux qui sont à Laodicæ; et pour tous ceux qui ne me connaissent point de visage; et qui ne m'ont jamais vu.

2. Afin que leurs cœurs soient consolés, et qu'étant unis ensemble par la charité, ils soient remplis de toutes les richesses d'une parfaite intelligence; pour connaître le mystère de Dieu le Père et de Jésus-Christ.

3. En qui tous les trésors de la sagesse et de la science sont renfermés.

4. Or je dis ceci afin que personne ne vous trompe par des discours subtils et élevés.

5. Car, quoique je sois absent de corps, je suis néanmoins avec vous en esprit, voyant avec joie l'ordre qui se garde parmi vous; et la solidité de votre foi en Jésus-Christ.

6. Continuez donc à vivre en Jésus-Christ notre Seigneur, selon l'instruction que vous en avez reçue.

7. Étant attachés à lui comme à votre racine, et édifiés sur lui comme sur votre fondement, vous affermissant dans la foi qui vous a été enseignée, croissant de plus en plus en Jésus-Christ par de continuelles actions de grâces.

8. Prenez garde que personne ne vous surprenne par la philosophie et par des raisonnements vains et trompeurs, qui ne sont fondés que sur les traditions des hommes, et sur les principes d'une science mondaine, et non sur la doctrine de Jésus-Christ;

9. Car c'est en lui que la plénitude de la divinité habite corporellement.

10. Et c'est en lui que vous en êtes remplis; lui qui est le chef de toute principauté et de toute puissance;

11. Et c'est en lui aussi que vous avez été circoncis d'une circoncision qui n'est pas faite par la main des hommes, mais qui consiste dans le dépeuplement du corps des péchés que produit la concupiscence charnelle, c'est-à-dire, de la circoncision de Jésus-Christ.

12. C'est encore avec lui que vous avez été ensevelis par le baptême, et avec lui que vous êtes ressuscités, par la foi que vous avez eue que Dieu l'a ressuscité d'entre les morts par l'efficacité de sa puissance.

13. Car lorsque vous étiez dans la mort de vos péchés, et dans l'incircision de votre chair, Jésus-Christ vous a fait revivre avec lui, vous pardonnant tous vos péchés.

14. Il a effacé la cédule qui nous écrivait contraire, il a entièrement aboli le décret de notre condamnation, en l'attachant à sa croix;

15. Et ayant désarmé les principautés et les puissances, il les a menées hautement en triomphe, à la face de tout le monde, après les avoir vaincues en lui-même.

16. Que personne donc ne vous condamne pour le manger et pour le boire, ou sur le sujet des jours de fêtes, des nouvelles lunes, et des jours de sabbat;

17. Puisque toutes ces choses n'ont été que l'ombre de celles qui devaient arriver, et que Jésus-Christ en est le corps et la vérité.

18. Que personne ne vous séduise en affectant de paraître humble, par un culte superstitieux des anges, se mêtant de parler des choses qu'il ne sait point, étant enflé par les vaines imaginations d'un esprit humain et charnel.

19. Et non teneas caput, ex quo totum corpus per nexus et conjunctiones subministratum et constructum, crescit in augmentum Dei.

20. Si ergo mortui esis cum Christo ab elementis hujus mundi, quid adhuc tanquam viventes in mundo decernitis?

21. Ne tegeritis, neque gustaveritis, neque coarctaveritis;

22. Quæ sunt omnia in interitum ipso usu, secundum præcepta et doctrinas hominum;

23. Quæ sunt rationem quidem habentia sapientia in superpositione et humilitate, et non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad satoritatem carnis.

ANALYSIS.

1^o *Suum Paulus pro Colossensibus sollicitudinem, et hujus suæ sollicitudinis finem declarat; scilicet ut solutum habeant, charitate compaginati, et plene instructi in mysterio Christi, in quo sunt omnes thesauri scientiæ et sapientiæ Dei, v. 1, 2, 3. Hæc eadem sollicitudine monet eos ut sibi caveant ab imposturis pseudo-apostolorum; hortatur autem ut in Christo radicati et firmati crederent, et proficiant in accepta fide, v. 4, 5, 6, 7.*

2^o *Monet spectatim ut caveant à Simonianis, Gnosticis, et aliis, qui per vanæ philosophiæ fallacias conantur eos decipere. A Christo Deo, veritatis fonte, omni scientiâ ad salutem necessariâ repleti estis; cur vanos auditis philosophos? v. 8, 9, 10.*

3^o *Contra judaizantes verò, circumcisionem et alia legalia deprædicantes, monet Colossenses quod in Christo circumcisi sunt, non carne, sed spiritu; quando per*

PARAPHRASIS.

1. Etenim velim ut sciatis qualiter et quantum anxius et sollicitus sum pro vobis, et pro Laodicensibus, et pro cæteris, qui æquæ ac vos faciem meam nunquam viderunt.

2. Nec est autem anxietatis, et meorum pro vobis et illis laborum, finis, ut solidum in Domino solutum habeatis, ut charitatis vinculo cretibus inter vos compaginemini, ut plene et perfecte sitis intelligentes, et persuasus circa ea quæ pertinent ad cognitionem Dei unitas et trius, et mysterii incarnationis Domini nostri Jesu Christi.

3. In quo Christo, homine Deo, absconditæ continentur omnes thesauri sapientiæ et scientiæ.

4. Hoc autem dico de tantâ Christi sapientiâ et scientiâ dico, propterea dico, ut maxime caveatis ne quis artibus humanis instructis vobis imponat falsis sermonibus, sed speciosis, et ad persuadendum compositis.

5. Hanc de vobis curam gero: quamvis enim corpore absim à vobis, mentè tamen et corde vobiscum sum; et gaudeo videns omnia bene et ordinate apud vos agi, vidensque firmitatem et constantiam fidei vestræ in Jesum Christum.

6. Quenadmodum ergo Christum Christique do-

19. Et ne demouant pas attaché à celui qui est la tête, et le chef duquel tout le corps, recevant l'influence par les vaisseaux qui en joignent et tient toutes les parties, s'entretient et s'accroît par l'accroissement que Dieu lui donne.

20. Si donc vous êtes morts avec Jésus-Christ à ces premières et plus grossières instructions que Dieu a données au monde, comment vous laissez-vous imposer des lois, comme si vous viviez dans ce premier état du monde?

21. Ne mangez pas, vous dit-on, d'une telle chose; ne touchez pas de ceci, ne touchez pas à cela.

22. Cependant ce sont des choses qui périssent toutes par l'usage qu'on en fait, et en quoi vous ne surviez que les préceptes et les ordonnances des hommes.

23. On ont quelque apparence de sagesse dans leur superstition et leur humilité affectée, dans le rigoureux traitement qu'ils font au corps, et dans le peu de soin qu'ils prennent de rassasier la chair.

ANALYSIS.

baptismum cum Christo consepulti fuerunt et à mortuis suscitati, v. 11, 12.

4^o *A baptismo, qui fit in sanguine Christi, ad cruentum Christi sacrificium accedens, Colossensibus et aliis Christianis representant hujus sacrificii effectus: omnia nostra peccata sunt condonata; noster nobis æternæ reatus remissus; chirographum laceratum, cruci affixum; à demonum captivitate liberati sumus, ipsi demones à Christo devictis et triumphatis: ad quod ergo tunc legalia sacrificia? v. 13, 14, 15.*

5^o *Ex his contra judaizantes ultimo dicitis, Colossenses averit à legalibus observantiis, v. 16, 17. Ex dicitis supra contra Simonianos, averit Colossenses à falsâ angelorum religione, v. 18, 19.*

6^o *In reliquo capite Colossenses paternè corrigit quod Christiani cum sint pseudo-apostolos, seu judaizantes, seu Simonianos, audierint.*

PARAPHRASIS.

1. Etenim velim ut sciatis qualiter et quantum anxius et sollicitus sum pro vobis, et pro Laodicensibus, et pro cæteris, qui æquæ ac vos faciem meam nunquam viderunt.

2. Nec est autem anxietatis, et meorum pro vobis et illis laborum, finis, ut solidum in Domino solutum habeatis, ut charitatis vinculo cretibus inter vos compaginemini, ut plene et perfecte sitis intelligentes, et persuasus circa ea quæ pertinent ad cognitionem Dei unitas et trius, et mysterii incarnationis Domini nostri Jesu Christi.

3. In quo Christo, homine Deo, absconditæ continentur omnes thesauri sapientiæ et scientiæ.

4. Hoc autem dico de tantâ Christi sapientiâ et scientiâ dico, propterea dico, ut maxime caveatis ne quis artibus humanis instructis vobis imponat falsis sermonibus, sed speciosis, et ad persuadendum compositis.

5. Hanc de vobis curam gero: quamvis enim corpore absim à vobis, mentè tamen et corde vobiscum sum; et gaudeo videns omnia bene et ordinate apud vos agi, vidensque firmitatem et constantiam fidei vestræ in Jesum Christum.

6. Quenadmodum ergo Christum Christique do-

ctinam edocet estis, ita in ejus doctrinâ et vitâ perseveratè.

7. In ipso radicati, et super ipsum ædificati, et in eâ fide quam didicistis confirmati, ut in eâ crescat et proficiatis cum gratiarum actione.

8. Caveate ne quis vos decipiat, fidei vestræ suffretur per doctrinam illam fallacem quæ grandia promittit in nomine, re autem inania suggerit; per illam, inquit, doctrinam, que est secundum adinventiorem humanam et sophisticam institutionem; secundum futilia mundanæ scientiæ præcepta, non secundum doctrinam vobis à Christo traditam; et idè à vobis non est audienda.

9. Quia Christum, in quo tota Deitas verè, realiter, et substantialiter habitat, et qui consequenter ipsa veritas est, doctorem habetis.

10. Et ab illo repleti estis omni scientiâ ad salutem necessariâ; ab illo, inquam, qui et omnium angelorum caput, rector, et Dominus est; quos tantopere extollunt illi fallaces philosophi.

11. Caveat et ab illis qui circumcisionem vobis in necessariam deprædicant; in Christo enim circumcisi estis, non circumcisione hominum manu factâ, quæ fit per excisionem corporis carni, sed per circum-